



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 90. Jurisdictio Ecclesiastica edicto Juliano firmata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

cellarius Senatores præprimis monebat, ut in dicendis sententiis breviores essent, cum non de Religione ipsa, cujus caussa in nationali concilio prope diem agitanda foret, sed de remediis ageretur, quibus obviam iri possit tumultibus quotidie ob Religionem exorientibus, quibus fieret, ut publica quies conturbetur, & obsequium Majestati Regiæ debitum paullatim per licentiam evanescat. Ceterum in hoc confessu tres fuere omnino sententiæ, earumque prima petebat, ut a pœnis in Protestantes sancitis abstinere, quousque res Concilii decreto decideretur: aliorum vero opinio eo tendebat, ut capitis supplicio, prout hucusque factum, deinceps animadverteretur in eos, qui suos errores ejurare recusarent. Tertia denique hujus rei cognitionem ad Ecclesiasticum forum remittebat, proposita capitis pœna in eos, qui congressus, aut conventus illicitos clam, aut publice cum armis, aut sine illis haberent, interdicta item concionandi, & Sacramenta administrandi libertate alio ritu, ac modo, quam qui in Romana Ecclesia observatur.

§. XC.

*Jurisdictio Ecclesiastica edicto Juliano firmata.*

K 4

Præ-

Sæcul. XVI.  
A. C 1561.

Sæcul. XVI. Prævaluit postrema hæc sententia, qua-  
 A.C. 1561. propter celebre illud conditum est  
 Tiu. Comm. edictum, quod Julianum a Mense Julio,  
 & Beza l.c. in quo fuit editum, appellabatur, atque  
 in eo innovabatur Remorontinum de-  
 cretum, vi cuius Clero priscum de  
 crimine hæresis cognoscendi, ac judi-  
 candi jus reddebatur, & concessa præ-  
 teritorum oblivione nonnisi exilii pœna  
 in eos infligenda decernebatur: insuper  
 in Juliano decreto sancitum, ut omnes  
 pacate vivant, & ab injuriis abstineant,  
 neque se conviciis invicem provocent,  
 nec ulla conventicula, pacta, aut aliud  
 quidquam, quod factionem, conspiratio-  
 nem, aut quandam in partes disces-  
 sionem redolet, in posterum fiat, neque  
 concionatores verbis turbulentis, ac se-  
 ditiosis ullo modo utantur, sed popu-  
 lum prudenter, ac modeste instruant,  
 qui vero secus fecissent, capitis pœna  
 plectantur, ejusque rei cognitio sit pe-  
 nes Provinciarum Præfectos, & Se-  
 des, quas *præsidiales* vocant: insuper  
 vetitum, ne quæ publice, seu privatim  
 cum armis, aut sine armis conciones  
 habeantur, aut Sacramenta admini-  
 strentur alio, quam recepto in Ecclesia  
 Catholica ritu: de cetero autem ad Ec-  
 clesiasticum forum hæreseos cognitio  
 remittatur, judicesque Ecclesiastici, si  
 necesse fuerit, reum potestati profanæ  
 tra-

tradant, seu ad iudices Regios remittant: hi autem gravio-<sup>Sæcul. XVI,</sup> rem, quam exilii A. C. 1561. poenam non irrogent. Denique hæc statuta eousque locum habeant, donec Synodi universalis, aut nationalis decreto aliter statuatur. Gratia etiam eodem edicto iis, qui turbas in hunc usque diem ob Religionem moverant, facta, & abolita earum rerum memoria fuit, si modo catholice, ac pacate in posterum vivant: falsis item delatoribus graves poenæ constitutæ, & armis uti omnino interdictum est, exceptis iis, quibus edicto permittitur.

§. XCI.

*Conventus in oppido S. Germani habitus.*

Insuper proximo Mense Augusto Guisus Dux in Condæi Principis gratiam revertebatur, eodemque ferme tempore Comitibus Pontifara ad S. Germani oppidum in Laja fuere translata, ad quæ etiam Rex venerat, comitantibus illum Regina Matre sua, Margarita ejus Sorore, regis stirpis Principibus, pluribusque Cardinalibus. <sup>Thu. l. 6.</sup>

§. XCII.

*Hospitalii Cancellarii oratio in hisce Ordinum comitiis.*

K 5

Post-